et officii nullas motiones cum appellationibus faciendo, nec ad prosequendum easdem iudicem et partem adcitandum, poena trium marcarum et triplici poena vadium seu vadia praenominata non evadendo, malam citationem et intempestivam eiusdem ponendam, ignorantiam citationis ante terminum, malam in lucro condemnationem, malum processum iuris non obiciendo, nec eandem condemnationem lucri processumque iudiciarium ignorantia et iuramento corporali non subterfugiendo. Immo se cum suorum omnibus iuris remediis, evasionibus praescriptionibus, suspensionibus, ac aliis omnibus generalibus dilationibus abrenuntiando et nihil sibi ponitur in auxilium contra inscriptionem praesentem eiusque defectum recipiendo suae suorumque successorum sub ammissione totius causae vel luctionis praefati vadii vel vadiorum. Quo vel quibus solutis utique inscriptioni praesenti et omnibus in ea contentis satisfacere cum suis posteris tenetur quoniam opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

39

Andrich arendat Iaskmaniczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti castrensi praemisliensi nobilis Lucas Andrich mente et corpore sanus existens foro suo quovis proprio omnisso et praesenti iurisdictioni se incorporando publice recognovit. Quia generoso Andreae Jaskmaniczki et eius successoribus bona tenutae suae vel decem cantones possessionis molendinum et poponem in villa Berendowicze consistens quae habet ab eodem in summa sexingentorum florenorum poenae inscriptae cum omni iure dominio proprietate ac utilitatibus sive ad dominicam quaedam laetare proxime venturam pro summa certa pecuniae iam ab ipso plenarie recepta de qua praesens eundem quietat arendavit et modo arendae inscripsit. Dan et admittens eidem iam exnunc in bona praefata realem in terminum cum actuali et pacifica possessione per mensem terrenum quemcumque et sic idem praefatus Andreas Jaskmaniczki coram officio et actis praesenti personaliter stans foro suo quovis proprio omnisso et praesenti iurisdictioni se incorporando publice recognovit. Quia bona praefata sibi modo praemisso arendata non alio iure nisi vigore praesentis arendae ad decursum supradicti temporis tenebit et possidebit. Post expirationem vero arendae praefatae bona eadem libere dimittet vel eius posteri dimittent. In qua praefatus Andreas tanquam in sua propria inquietabit vel eius posteri inquietabunt, et nullam per hoc violentiam faciet vel faciendo. Cui inquietationi praefatus Andreas Jaskmaniczki cum suis posteris condicere non debebit sub vadio in originali inscriptione contenta.

Kalnofoczki obligat Baranieczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti nobilis Stas Kalnofoczki Kuzmicz a iure foro suo proprio quibusvis recedens praesenti vero castrensi praemisliensi iurisdictioni se successores

ac bona sua omnia quo ad actum praesentem attinet incorporando et subiciendo publice recognovit. Quia nobili Wanko Baranieczki et eius successoribus totam et integram sortem suam bonorum omnium in villa Baranieczicze consistentem cum omni iure dominio proprietate, ac cum omnibus et singulis attinentiis pertinentibus fructibus proventibus redditibus utilitatibusque universis nihil excipiendo, in summa viginti duorum florenorum poenae moneta polonicalis sive ad festum nativitatis domini proximo venturum obligavit inscripsit et invadiavit, et in defectu protunc exemptionis extunc ad aliud simile festum nativitatis domini et sic de anno in annum annis sequentibus usque ad exemptionem et summae praefatae persolutionem. Dan et admittens eidem iam exnunc in bona praefata realem in terminum cum actuali et pacifica possessione per mensem terrenum quemcumque. Tenebiturque praefatus Kalnofoczki cum suis posteris quos secum super omnibus bonis suis obligat et inscribit, eundem Baranieczki et eius posteros in bonis praefatis et omnibus eorundem ab omni quavis impetitione iuridica omnibusque damnis violentiis et impedimentis quarumlibet personarum sexus utriusque tenetur quoniam opus fuerit tueri defendere evincere et liberare protegere bonaque praefata munda et libera facere sub vadio similis summae viginti duorum florenorum poenae. Nihilominus praefatus Kalnofoczki se et suos successores super omnibus bonis suis obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria praemisliensia ante decursum unius anni transportare sub vadio similis summae viginti duorum florenorum poenae. Pro quo quidem vadio seu vadiis praefatus recognoscens cum suis posteris ad officium praesentis castrensis praemisliensis citatus extunc foro suo quovis proprio omnisso coram eodem officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefato vadio seu vadiis omnibus exceptionibus controversiis praescriptionibus [illegible] legalibusque quibusvis impedimentis vera vel simplici infirmitatibus, actionibus pro maiori, ad quietationem dilationem non petendo, motionibus appellationibus earumque prosequendis poena trium marcarum et triplici poena ac aliis omnibus generalibus dilationibus iurisque remediis semotis et in partem rejectis satisfacere cum suis posteris tenetur quoniam opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

39

Kulcziczki donat alio

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti castrensi praemisliensi nobilis Jaczko Kulcziczki Stepanowicz mente et corpore sanus existens foro suo quovis proprio omnisso et praesenti castrensi praemisliensi iurisdictioni se successores ac bona sua omnia quo ad infrata tantum attinet incorporando et subiciendo publice recognovit. Quia nobili Jaczko Kulcziczki Michalkowicz et eius successoribus bona sua haereditaria vel aream cum aedificiis dictam na Sosniczi in qua solus manebat penes viam publicam in villa Kulcziczi iacentem cum omni iure dominio proprietate, ac cum omnibus et singulis attinentiis pertinentiis fructibus proventibus redditibus utilitatibusque universis nihil excipiendo, dedit donavit inscripsit, praesentem dat donat inscribit ac modo perpetuae et irrevocabilis donationis